



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 6. Ancilla proditio proidenti noxia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)



Magistratus gerunt, supercilium & arrogan-  
tiam quantum potuit, taxavit; tum popul-  
rerum humanarum inconstantiam, qua eodem  
loco manere non soleant, proposuit. Sed enim  
qui hostili erga eum erant animo, & hoc ipsum  
calumniosè reprehenderunt, illud carpentes  
quum miserari potius casum eius qui de vita pe-  
riclitatus sit debuerit, qui insuper arumnam  
arguerit, afflictionem illius adarguens, & cala-  
mitati insultans. Eutropius tam impij facin-  
ris poenas non multò post propter multa quoque  
alia delicta luit, capitali affectus supplicio. Lex  
autem operà eius lata publicis monumentis sub-  
lata, & nomen eius in catalogo & nomencla-  
tura Consulatum expunctum est. Ecclesia autem  
DEI legibus bene dudum constitutis enituit  
ipso scilicet die apertam iniuriam vindicante.

## §. VI.

*Ancilla proditioni prodenti noxia.*

Paulò clementiùs, pro merito tamen  
tractata est pecuniæ cupiditate perfida facta  
ancilla, eodem authore teste, qui de S. A-  
thanasio ita scribit: Dicitur sanè hic vir multa  
& diversa, divino iudicio, evasisse pericula.  
Quòd namque DEO esset perquam charus,  
que futura erant, itidem et presentia per gra-  
tiam Dei providebat. Multa certè, & admi-  
randa

Niceph.  
l. 9. hist.  
Eccl. c. 34.

thanasio ita scribit: Dicitur sanè hic vir multa  
& diversa, divino iudicio, evasisse pericula.  
Quòd namque DEO esset perquam charus,  
que futura erant, itidem et presentia per gra-  
tiam Dei providebat. Multa certè, & admi-  
randa



randa futurorum cognitionem viro ei contestantur. Primò namque, Constante adhuc vivente, Constantio insidias ei struente, quum fuga sibi consulisset, apud notum quemdam hominem in subterraneo, & caliginoso specu, aqua olim cisterna, latuit, nemine præter ancillam conscio, quæ quòd fidelis esse videretur, ad usus necessarios ei inserviebat. Postquam autem in hoc magno studio adversarij incubuere, ut virum vivum caperent, & ancilla ea pecunia ab illis corrupta mercede eum proditura erat, præveniens DEVS insidias ei indicavit. Ita ipse aliò concessit, at illa ut quæ contra heros suos falsa dixisset, plagas reportavit. Gravis siquidem eis constituta fuerat pœna, qui Athanasium celare comperti fuissent, ut qui contra Imperatoria iussa niterentur, & rectam reipublicæ administrationem tollerent. Consilium itaque ancillæ de Athanasio capiendo datum, quia diuinitus in irritum cecidit, in ipsam ancillam retrocessit, quæ pro mercede proditiōnis, ad satietatem, vapulavit. Eiuscemodi consilia alij multi dant, qui captantes capiuntur.

## §. VII.

*Consiliariorum consilia consulentibus noxia,  
Quemadmodum autem malum consiliū*

I

fre-